



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

14. Bona ex rebus Ecclesiæ quæsitæ in pauperes erogare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

*Epist. 43.**In Euang.  
hom. 38.*

que duntaxat Deo acceptos Greg. Naz. in testimonio Alypianam Gorgoniae sororis suae filiam mulierem frangi esse ait, sibi que ob id charitativam praedicat, despectis reliquis eius duabus sororibus Eugenia & Nonna iuxta illud Psalmi 14. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius (viri boni) malignus, timentes autem Dominum gloriosum.* Sanctus Hieronymus sororem suam virginem lapsam, sed ad poenitentiam revocatam esse ad Chiomatium & collegas scribit S. Greg. Papa lapsa Gondiana virginis amicitiae suae ad populum pro conclone agit.

## SIGNVM XIV.

*Bona ex rebus Ecclesiae quaesita in pauperes erogare.*

**C**um reddita pace Ecclesia ubique bono afflueret, complures ex ijs, qui eadem ministrabant pietatem convertentes in quiescentem, tepescente in eis sanctitatis vitae studio vel cura pauperum frigescente, colligendi divitias tantummodo ardore flagrant, agrum agro iungentes & domum domui copulantes hos plane fugillat S. Hieronymus, hos ut dicitur admonet Nepotianum, cum ait: *Obsecro & repetes iterumque, iterumque monebo, ne officium clericus genus antiquae militiae putes, id est, ne lucra saecularis Christi quaeras militia, nec plus habeas quam quando laicus esse coepisti, & dicatur tibi, clerici eorum non praesentem*

*Epist. 2.**Hier. 12.*

*rint eis. Nonnulli enim sunt ditiores monachi quam fue- Ecclesia  
 rant seculares, & Clerici qui possident opes sub Christo ingemiscit.  
 paupe, quas sub locuplete & fallaci diabolo non habue-  
 rant, ut suspiraret eos Ecclesia diuites quos mundus tenuit  
 ante mendicos. Et: Negotiatorem Clericum & ex inope  
 dittem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem  
 fuge. Cum vero ad eiusmodi negotiatorum po-  
 tentius dicendorum quam Clericorum auaritiam  
 compescendam segniores essent Episcopi legis  
 vindices, & ipsi interdum eodem morbo lague-  
 rent, merito Episcopus Romanus ad vendicandam  
 eiusmodi ex bonis Ecclesie partas ac male con-  
 gestas opes per prouincias consuevit mittere ex-  
 actores, quos nominant collectores de quorum  
 importuna exactione cum multi querantur ait  
 Baron. hoc facile vitabunt, & prudenter arte de-  
 ludent qui bona Ecclesie quae supersunt non co-  
 gregarint, sed in pauperes erogarint. Habitan-  
 tes enim in terra saluginis (pauperes) clamorem no-  
 audient exactoris. Lutherus autem edidit Anno  
 1523. libellum quo principes prophanos hortat-  
 ur ut omnia bona Ecclesiastica ad se trans-  
 ferant & in suos usus conuertant. V. Tho-  
 mam Bozium de signis Eccles.*

*Hac Baro.  
 to. 5. Anno  
 Christi  
 397.*

*Lib. 39.*

*V. locum de  
 Eleemosy-  
 na.*

tom. 1. lib. 12.

ca. 13.

G 5

S I-